



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

LXX. Theodoricvs II. XLIX. Arch. XXXIII. Elector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

S E C U L U M X V .

LXX. THEODORICVS II. XLIX. ARCH.
XXXIII. ELECTOR.

THEodoricus II. Comes de Mōrs annis 48. Archiepiscopus, Episcoporum duorum frater, ipse simul Episcopus Paderbornensis floruit. Inter facinora Theodorici majora numeravit posteritas diem Theophoriæ solennem, quem sacrationem esse præcepit, ut Latrepticus cultus adversus hæreses ampliùs splenderet. Cæsaris Verdam ad illud usque tempus Clivenfi Comiti subjectam ditionis suæ fecit; Susatum verò nimis tributis fagitatum amisit, subditis Comitem Marchiæ sibi dominum poscentibus. An. 1463 mortuis apposuit.

LXXI. RVPERTVS. L. ARCH.
XXXIV. ELECTOR.

Rupertus Dux Palatinus Friderici cognomento Victoriosi Electoris frater, à Colonia Canonicis est electus ea lege, qua Archipræsulis restricta plurimùm fuit potestas sacra juxtà ac profana, vixque relicta sunt Electoris sustentationi congruæ accessaria. Aegerrimè servitutem hanc novissimam tulit cum fratre frater Victoriosus; quare conducto exercitu laturus opem Ruperto, oppida varia & arces Canonicorum copiis occupatas expugnavit. Seditio inde ingens adversus Rupertum exorta turbavit omnia: anno namque 1473. à Canonicis in Colonia Antistitem electus Hermannus Hassiæ Marchio, in suppetias vocavit Carolum Audacem Burgundorum Ducem, qui continuò Novesium urbem in Coloniensi Electoratu munitissimam obsidione cinxit; sed demum à Friderico III. Cæsare repulsus, ab incepto opere destitit. Rupertus interea omni ex parte derelictus, dum fugam capessivit, in via ab Henrico Hassiæ